Salzburg/Bayern, um 1450

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8378
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

errauerunt aliqui iudei dicen
tes quod iuracio per nomen domini erat
frequentanda etiam sine necessitate
quod improbat saluator Mt v di
cens noli iurare omnino i. non
iuretis ex qualibet causa quia hoc
ad irreuerenciam dei pertinet
Sed tamen ex causa necessaria ut
si occurrat necessitas ad affirmanda
di inter homines debet fieri
per veritatem immobilem quod fit iu
rando per nomen domini et in
tali casu loquitur hic in scrip
tura Non ibitis post deos alie
nos impendendo eis cultum
latrie cunctarum gencium que in
circuitu vestro sunt et illud est
intelligendum de diis aliarum
gencium a iudeis remotarum Ex
per exemplo ponitur illud quod erat
propinquum Non temptabis do
minum deum tuum sicut temptasti etc
de hac temptacione qualiter sit
intelligenda dictum fuit exo.
xvii. Custodi precepta remoto
impedimento diuine dilectionis
hic ponitur eius incitamentum
et primo respectu subiecti proprii
secundo respectu filii qui est quasi idem
cum patre ibi Cumque interro
gauerit et quia signum dilectionis
est exhibicio operis ut dicit beatus
Gregorius ideo dicitur hic Custodi
precepta domini dei tui etc scilicet ex di
lectione et incitamentum ad hoc
subditur ut bene sit tibi et pre
cepta ut patet in litera Cumque
interrogauerit hic ponitur inci
tamentum amoris diuini re
spectu filii qui est quasi idem cum
patre quia in ipso remanet
pater post mortem quodammodo
et ideo debet ipsum incitare

ad dei dilectionem et mandatorum
eius impletionem per beneficia pa
tribus facta et hoc est quod dicitur
hic Cumque interrogauerit te
filius tuus cras i. postero dices
ei Serui eramus pharaonis in seruitute gra
uissima in manu forti etc hec
exposita sunt supra iii° capitulo
precepitque nobis ut faciamus
omnia legittima ex dilectione ut
bene sit nobis quia per opera bona
ex caritate facta acquiritur
gracia in presenti et gloria in futuro
ideo subditur Eritque vester mi
sericors etc. C. VII.

Cumque introduxerit hic
consequenter remouetur impe
dimenta diuine dilectionis
contingencia respectu aduersarii
et sunt tria. Primum est falsa pie
tas, secundum pusillanimitas ibi et
si dixeris in corde tuo. Ter
cium cupiditas ibi Sculptilia
eorum igne etc adhuc remouet
amoris impedimentum primum
Secundo infert oppositum ibi Cu
stodi ergo Adhuc circa primum
primo ostendit propositum Secundo
remouet quandam falsum ibi Nequaquam
fuctas Circa primum sciendum
quod vii. gentes terram promissio
nis habitantes ante ingressum
filiorum israel ex dei sentencia condempna
te erant ad mortem propter ini
quitates suas ut habetur infra
ix. capitulo et filii israel illuc a
domino mittebantur ut predictam
dei iusticiam exequerentur et
ideo si eis parcerent falsa pie
tate delusi contrahentes cum eis
amicicias deus merito permit
teret eos ab eis decipi et a
suo amore retrahi et ad ydo

261